



DISPUTATIO

D. XVIII AUG. MDCCXCII

HABENDA.

Resp. KUNZE. Opp. SÖLLIG. ZIEMANN.

De iis, quibus poëta epicus futurus studere debet.

- Th. I.* Cum omnes, qui excellere quapiam in re cupiunt, scientiam sibi parare debeant eorum, quibus ad rem illam perficiendam opus est, idem a poëta futuro requiritur, idque tanto magis, quod poëta & philosopho omne literarum disciplinarumque genus infervit.
- Th. II.* Tamen cum ab uno omnia disci non possint, necessaria maxime eligenda sunt, quæ in primis discat.
- Th. III.* Homerus, summus poëta epicus, ut ex carminibus illius apparet, linguam patriam, præcepta artis, varios & homines & terras, & naturam in primis cognoverat.
- Th. IV.* Si quis igitur carmen epicum, temporibus Homeri aptum, scribere veller, eadem & illi sufficerent.
- Th. V.* Cum autem scriptor quisque id maxime studere debeat, ut, quæ scribit, temporibus suis apta sint, nostris temporibus plura requiri videntur. *℞.*
- Th. VI.* In quibus omnibus tamen supponitur, ut ingenio ad tale carmen idoneo natus sit. Reliqua autem hæc fere sunt. *℞.*

- Th. VII.* Cognitio linguæ, qua carmen scribere vult, i. e. verborum, quorum & copia abundare & ornatum intelligere, præterea etiam omnia profodiæ præcepta pernosse debet. ξ .
- Th. VIII.* Cognitio carminis epici, i. e. præcepta narrationis poëtica de re aliqua magna & admirabili suscipienda; eaque præcepta tam e philosophis, qui his de rebus scripserunt, quam ex carminibus ipsis epicis, quæ ante ipsum scripta sunt, hauriat necesse est.
- Th. IX.* Historiam nosse debet, inprimis illorum temporum & locorum, quæ carmine complectitur.
- Th. X.* Geographiam, & maxime illarum terrarum, quæ scenam carminis habent.
- Th. XI.* Ante omnia autem poëta philosophus sit necesse est. Atque si minimum carmen philosophia quadam indiget, multo magis gravissimum hoc carminis genus. Metaphysica autem, e qua maxime Psychologia, Dialectica, Ethica & Physica ex omnibus philosophiæ partibus inprimis huc videntur esse referenda. δ .
- Th. XII.* Sine cognitione naturæ, quod partim jam superioribus continetur, poëta nullus est.
- Th. XIII.* Linguarum plurimum studium illi necessarium est, tum ut carmina reliqua epica lingua illorum patria legere possit, tum ut virtutes illorum linguæ, quantum fieri potest, in suum carmen transferat.
- Th. XIV.* Hæc in genere sufficere posse videntur: cæterum, si quis certam sibi carminis epici materiam delegit, annon præterea quid sibi cognitum opus sit, diligenter cogitare debet.




ULB Halle

3

005 505 992





DISPUTATIO

D. XVIII AUG. MDCCXCII

H A B E N D A.

Resp. KUNZE. Opp. SÖLLIG. ZIEMANN.

De iis, quibus poëta epicus futurus studere debet.

- Th. I.* Cum omnes, qui excellere quapiam in re cupiunt, scientiam sibi parare debeant eorum, quibus ad rem illam perficiendam opus est, idem a poëta futuro requiritur, idque tanto magis, quod poëta & philosopho omne literarum disciplinarumque genus infervit.
- Th. II.* Tamen cum ab uno omnia disci non possint, necessaria maxime eligenda sunt, quæ in primis discat.
- Th. III.* Homerus, summus poëta epicus, ut ex carminibus illius apparet, linguam patriam, præcepta artis, varios & homines & terras, & naturam in primis cognoverat.
- Th. IV.* Si quis igitur carmen epicum, temporibus Homeri aptum, scribere veller, eadem & illi sufficerent.
- Th. V.* Cum autem scriptor quisque id maxime studere debeat, ut, quæ scribit, temporibus suis apta sint, nostris temporibus plura requiri videntur. *℞.*
- Th. VI.* In quibus omnibus tamen supponitur, ut ingenio ad tale carmen idoneo natus sit. Reliqua autem hæc fere sunt. *℞.*